BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 108v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pupillo et uidue. amat peregrinum
et dat ei uictum atque uestimentum
et uos ergo amate peregrinos quia
et uos ipsi fuistis aduene in terra
egypti. Dominum deum tuum
timebis et ei soli seruies et ipsi ad
herebisque in nomine illius. Ipse
est laus tua et deus tuus qui fecit
tibi hec magnalia et terribilia que
uiderunt oculi tui. In septuaginta
animabus descenderunt patres
tui in egyptum. et ecce nunc multi
plicauit dominus deus tuus sicut
astra celi.

XI

Ama itaque dominum deum
tuum. et obserua precep
ta eius et cerimonias iu
dicia atque mandata omni tempore
Cognoscite hodie que ignorant
filii uestri. quoniam non audierunt
disciplinam domini dei uestri magnalia
eius et robustam manum exten
tumque brachium signa et opera
que fecit in medio egypti pharao
ni regi et uniuerse terre eius omnique
exercitui egyptiorum. et equis ac
curribus quomodo operuerunt eos
aque maris rubri cum uos persequ
rentur. et deleuit eos dominus
usque in presentem diem uobisque fe
cerit in solitudine donec ueniret
is ad hunc locum. et dathan at
que abyron filius heliab qui fuit
filius ruben quos aperto ore terra
obsorbuit cum tabernaculis et do
mibus suis et uniuersa substantia
eorum quam habebant in medio israel.

Oculi uestri uiderunt omnia in
agna opera domini que fecit ut cus
todiatis uniuersa manda illius que
ego hodie precipio uobis ut possi
tis uiuere et introire et possidere
terram. ad quam ingrediemini multo
que in ea uiuatis tempore quam sub
iuramento pollicitus est dominus
patribus uestris et semini eorum. s.
lacte et melle manante. Terram
enim ad quam ingredieris possi
dendam non est sicut terra egypti
de qua existi ubi iacto semine mor
torum morem aque ducuntur
irrigue. sed montuosa est et cam
pestris de celo exspectans pluuias
quas dominus deus tuus semper
in misit et oculi illius in ea sunt
a principio anni usque ad finem eius
Si ergo obaudieritis mandatis
meis que ego hodie precipio uobis
ut diligatis dominum deum uestrum
et seruiatis ei in toto corde uestro
et in tota anima uestra. Dabit pl
uuiam terre uestre temperaneam et
serotinam ut colligatis frumen
tum et uinum et oleum. fenum
ex agris ad pascenda iumenta. ut
et ipsi comedatis ac saturemini
Cauete ne forte decipiatur uos cor
uestrum et recedatis a domino
seruiatisque diis alienis et adore
tis eos iratusque dominus claudat
celum et pluuie non descendant
nec terra dabit germen suum peatis
que uelociter de terra optima quam
dominus daturus est uobis.